

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quomodo Hierosolymis, in sancto seruatoris nostri resurrectionis loco,
templum extruendum mandauerat. Cap. XXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII DE VITA

Litterae eius ad Aegyptios & hortatio, ut ad concordiam
redeant. CAP. XXII.

Verum cum iam inter omnes pax esset conciliata, so-
los Aegyptios seditiosa contentio, mutuo inter i-
psos distraxit, ita ut imperatori de integro nonni-
hil negotii faceſſerent illi quidem: sed tamen bilem ei
minime commouerent: quippe eos ut patres, immo vero
ut Dei prophetas, omnino honorifice reuerens, illos se-
cundo accersere dignatus est seruſus non inuitum, tan-
quam arbitrum, eorum controvēſiis interponere: illis
iterum munera honorificè impertire: arbitrium suum &
ſententiam per epistolam significare, & concilii decre-
ta ſuo ſigillo rata facere. Hortari etiam, ut concordia
adhærēcerent, ut non distraherent ecclesiæ dirime-
rentque confeſſum, ſed diuini iudicij recordationem
intima cogitatione complecterentur. Iſta per litteras im-
perator illis significauit.

Quomodo pias cum populis tum episcopis, litteras subinde
ſcripferit. CAP. XXIII.

Alia item infinita his ſimilia ſcripſit, vixque dici po-
tent, quot & quam multas epiftolas exarauit: inter-
dum Epifcopis, ea que ad ecclesiārum Dei commo-
dum ſpectabant, præſcribendo: interdum etiam cum ip-
ſa multitudine per litteras colloquendo, & ut beatum
debet, ſingulos ē populo, fratres & conſeruos appellan-
do. Cæterum iſta ſeparato opere tractare, cum ſatis
ſuppetit otii, commodius erit, ne præſentis historiæ tan-
quam corpus medium incidatur.

Quomodo Hieroſolymis, in ſancto ſervatoris noſtri reſurreciōnis
loco, templum exiruendum mandauerat.

CAP. XXIII.

His rebus ad hunc modū constitutis, aliud quoddam
opus maximè memorabile apud Palæſtinorum gen-
tem diuinus iſte imperator efficere aggreflus eſt.
At quodnam quęſo ſanctissimum illum ſalutaris Christi
reſurreciōnis locum Hieroſolomis, existimauit ita à ſe
refur-

illustrari debere, ut omnibus eximius & veneratione dignus videretur. Idcirco mandauit in eo statim templum constru:ne que istud opus aggredi absq; pulsu diuino, imò vero ipso seruatoris spiritu incitatus, in animum induxit.

Quomodo sepulchri Christi memoriam impii, puluere ac sordibus adaggeratis tollere studuerunt, Veneris quoque sacrario ibidem extrecto.

CAP. XXV.

Olim enim viri impii, imò vero istorum subsidio vniuersum dæmonum genus, omni studio inceubuit, ut illud diuinum immortalitatis monumentum tenebris obrueret obliuioneq; penitus deleret. Ad quod quidem Angelus è cœlo delapsus, luminis claritate resul gens, non solum lapidem reueluebat ab illis, quorum amici instar lapidis obduruisserent, verum etiā quem ipsi inter mortuos adhuc versari putabant, eum mulieribus vivere annuntiauit, & ad vitam & resurrectionem illius, qui querebatur, illustrandam, incredulitatis lapidem ab eorū mentibus amouit. Istud seruatoris sepulchrū impii quidē & scelerati homines ex hominū memoria delere cogitant, & (quæ eorū inscītia fuit) censebāt veritatē ad hūc modum se posse occultare. Itaq; primū permultū capere laboris cœperunt in terra aliunde & extrinsecus inuchēda, qua locum vniuersum obducerent. Deinde cum molē terræ in immēsam altitudinē erexissent, constrauissentq; lapidibus, diuinum sepulchrum, ingente aggere supra injecto, obregere. Post cum nihil iam illis ad opus explendū deesset, super illum terræ tumulum, nefandum reuera & execrabile bustum animarum construere, & recessum lasciuæ Veneris dæmoni vnā edificare, simulachrisque mortuis completere: tum detestabiles ibi victimas super impuras aras & omni nequitia labe pollutas immolare. Nam non aliter illud, quod instituerant, se putabant ad exitum posse perducere, quam ut per ista nefaria scelera, salutare illud sepulchrū penit⁹ obruerēt. Verū miseri illi neutiquā illud poterant intelligere, quod sol ipse (modo terrā suo splēdore collustrare, & cōsuetū sibi cursum in cœlo obire pergeret) nō posset preclarū illud facin⁹

Mm 2 Christi